

Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.34

Auteur(s) : Claude Rousselet

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Reims)

Imprimeur : Ballard

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1764

Description : Une feuille, découpée dans une affiche plus grande, de sorte que l'estampe est manquante. Le découpage est irrégulier. Les bords sont brunis et déchirés. Déchirure à la pliure médiane. Une date à l'encre au verso.

Mesures : hauteur : 272 mm ; largeur : 385 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence Claude Rousselet, prêtre, le lundi 23 juillet 1764, à Reims. Les articles de droit civil traitent des accords et conventions. Les articles de droit canon portent sur les prébendes et les dignités ecclésiastiques.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

THESES UTRIVSQUE JURIS.
EX MATERIA SORTITO DUCTA.
CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. De Multâ 28. Extrâ. De Præbendis & dignitatibus.

PRÆBENDARUM nomine generaliter sumpto veniunt omnia beneficia ecclesiastica. Ideo dicuntur præbendæ quod clericis assignatæ sint, ut illis alimenta præbeant.

PRÆBENDA strictè & specialiter sumpta significat beneficium quod quis habet tanquam canonicus sæcularis vel regularis in Ecclesiâ five cathedrali, five collegiatâ.

BENEFICIUM ecclesiasticum est jus percipiendi redditus Ecclesiæ seu Titulo assignatos, quod clerico ad vitam conceditur propter officium in illa Ecclesiâ obeundum.

DIGNITATES sunt beneficia gradus eminentioris, quibus præeminentia quædam cum administratione & jurisdictione, five ex ipsâ institutione beneficii, five ex consuetudine est adjuncta.

CUM beneficium detur propter officium, & postulet Ecclesiæ utilitas singula officia singulis personis committi; præ se jure canonum non uni plura, sed singulis clericis singula beneficia concedebantur.

BENEFICIA dantur clericis ut ex his sibi necessaria possint habere. Ideo Beneficiorum divisionem prohibuit Concilium Turonense; nisi eorum tam ampli sint redditus ut pluribus possint sufficere.

EADEM & ratione si tam exigui redditus esse beneficium contingat ut exhibendo clerico non sufficiat; poterit Episcopus huic adjungere aliud Beneficium, ne clericus mendicare cogatur.

UT beneficiorum cumulationem susteret Concilium Lateranense tertium, voluit ut si quis duas dignitates vel Ecclesias parochiales concessisset, primâ retentâ posterius adeptâ privaretur.

TANDEM Concilio Lateranensi quarto cautum est, ut si clericus dignitati vel Ecclesiæ parochiali aliud simile beneficium adjungeret, prius adeptum Beneficium vacaret ipso jure.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Deiparâ, & præside Cl. V. D. EDMUNDO MARTIN, J. U. D. Antecessore, tueri conabitur CLAUDIUS ROUSSELET, Presbyter Tricassinus, Canonicus Regularis Congregationis Gallicanæ, Baccalaureus, die Lunæ 23 Julii, anno Dom. 1764. à quintâ ad octavam.

Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D. D. Bouchaud, Sauvage, Boyer, Saboureux, Deferriere, Harjojn.
PARISIIS,

IN RHEMENSIS JURIS AUDITORIO.

Apud CHRISTOPHORUM BALLAND, Consultissimæ Facultatis Typographum; viâ Nucum.

Ex Lege In bonâ 13. Cod. De Pactis.

PACTUM latè sumptum quamlibet conventionem significat, & definitur duorum vel plurium in unum idemque placitum consensus.

PROPRIE & strictè designat speciem conventionis separatam à contractu, est que tunc conventio nomine & causâ carens.

PACTA per se & seorsim ab omni contractu, nullam actionem pariunt; profunt tantum debitori ad minuendam obligationem ope exceptionis.

EXCIPIUNTUR pacta legitima, quæ legibus confirmata pariunt actionem, aut ipsam ipso jure perimunt.

PRÆTORIA quoque pacta, seu quæ Prætor in id specialiter confirmavit, actionem pariunt; ut sunt constitutum & hypotheca.

PACTUM adjectum incontinenti contractui stricti juris nullam parit actionem; sed inest ex parte rei, & actionem ipso jure perimit, vel minuit.

SI ex intervallo pactum adjectum fuerit contractui stricti juris, actionem nec dat nec minuit ipso jure, sed ope exceptionis tantum.

PACTA adjecta contractibus bonæ fidei incontinenti spectantur ut pars & forma ipsius contractûs, profuntque ad agendum.

ADJECTA ex intervallo contractibus bonæ fidei pacta, pariunt tantum exceptionem, sed quæ ipso jure competit.